


από τοῦ ἀπο. vel igitur legendum est καὶ ὡς τὸ ἴσος ἀπὸ τοῦ ἀπο. οὐτὸ τοῦ ἴσου ἀπὸ τοῦ ἀπο. vel quod magis placet καὶ ὡς τὸ ἴσος τῆς ἀπὸ καὸ ὅτι τὸ ἴσος ἀπὸ τοῦ ἀπο.

Ergo ut rectangulum ABG ad rectangulum AGC, ita DEH rectangulum ad rectangulum DHF] Ex antedictis sequitur ex aequali ut rectangulum AGC ad rectangulum ABG, ita rectangulum DHF ad rectangulum DEH. quare convertendo ut rectangulum ABG ad rectangulum AGC, ita rectangulum DEH ad rectangulum DHF. græcus codex. οὐτὸ τοῦ ἴσου ἀπὸ τοῦ ἀπο. Sed videtur legendum ἀπὸ τοῦ ἴσου ἀπὸ τοῦ ἀπο. quam quam iisdem positis sequatur, ut rectangulum ABG ad rectangulum ABC, ita esse DEH rectangulum ad rectangulum DEF & ut rectangulum AGB ad rectangulum ABC, ita rectangulum DHE ad DEF rectangulum, quæ quidem omnia ex his per facile, & nullo negotio demonstrabuntur.

THEOREMA CCXII. PROPOS. CCXXVIII.

Sint quadrata ex AB BC data, & datus eorum excessus. Dico utramque ipsarum AB BC datam esse.



Ponatur ipsi CB æqualis BD, datum igitur est & rectangulum CAD. quare & quod bis CAD continetur est datum; est enim rectangulum CAD quadratorum ex AB BC excessus. ergo datum est utrumque quadratorum ex CA AD: & ob id quadratum utriusque CA AD datum erit. Sed BA ipsius CA AD dimidia est data igitur est BA. quare & BC est data.

A
B
C
D
E
F
G
H
K

COMMENTARIVS.

Sint quadra ex AB BC data] Intellige utraque quadrata simul sumpta data esse, videlicet compositum ex ipsis, nam si ea seorsum data sint, frustra illud, quod datum esset, quaeretur. A
Datum igitur est & rectangulum CAD] græcus codex. ἀποδὲν ὅτι ἄρα ἐστὶ καὶ τὰ ἀπο. B
τῶν Γαδ. lege ἀποδὲν ἄρα ἐστὶ καὶ τὰ ἀπο. τῶν Γαδ.
Quare & quod bis CAD continetur est datum.] Ex 2. libri datorum. C
Est enim rectangulum CAD quadratorum ex AB BC excessus.] Ex 6. secundi elemen D
torum. nam cum CD bifariam secetur in B & ipsi adiciatur DA, erit rectangulum CAD vna cum quadrato dimidiæ videlicet BC æquale quadrato ex AB.
Ergo datum est utrumque quadratorum ex CA AD] Ex 2. datorum, sunt enim qua E
drata ex CA AD dupla quadratorum ex AB BC. quæ data sunt per 10. secundi elementorum.
Et ob id quadratum utriusque CA AD datum erit] videlicet quadratum ipsarum CA F
AD ut si vna linea essent. Quoniam enim quadrata ex CA AD data sunt, & datum est, quod bis CAD continetur, & quadratum rectæ lineæ, quæ ex ipsis CA AD constat datum erit ex 4. secundi elementorum & ob id datum eius latus nempe recta lineæ ex CA AD.
sed BA ipsius CA AD dimidia est] græcus codex. καὶ ἐστὶν αὐτῆς ἡμισία ἀπο αὐτῆς βγ. le G
ge καὶ ἐστὶν αὐτῆς ἡμισία ἢ βγ.
Data igitur est BA] Ex 2. libri datorum.
Quare & BC est data] Nam cum data sit AB, & eius quadratum dabitur. sim autem H
utraque quadrata ex AB BC data; ergo & quadratum, ex BC, & ipsa BC detur necesse est. K
sed & aliter idem demonstrare possumus hoc modo.

Eecce Ponatur